

Et si nostri maiores eos praecipuo semper honore coluerint: qui se more hominum rebus circumtemporalibus semotis: alicui bonae arti adiuxissent: potissimum tamen hos venerabantur qui crebris lucubrationibus et vigilias: diuinarii litterarum noticiam perquirerent: tanto maiori laude dignos putantes: quanto ipsa diuina scientia ceteras disciplinas praestantia et dignitate excellere videbat. In ea enim est desiderium semper excrescens: societas sine fine beatorum gloriosa esuries. Ex ea via nostre salutis addiscit: profutura humano generi pandit. Credetibus denique eam et operantibus immortalitas prestat. Eam etiam non humana ratio reperit: sed celestis virtus infudit. Cum licet copiosissimi libri terse: nitide: emendateque scripti impressaque inueniant: subtiliter tamquam interdum argumentationibus: questibnibusque innituntur: interdumque etiam apocrypha que plerosque in errores perducunt continent: et que sub compendio dixisse prodesset: per diffusa volumina numeraque membranas extedunt: quo fit ut hi in errores plabantur: alios libro perterreat magnitudo. Has ob res **V**incentius utilitati communis et scholastico ingenio consulere volens hunc librum edidit: quem non abre librum gratie appellat: **V**ia enim que ad gratiam felicitatem humanamque salutem pertinent: in eo inueniuntur. Nihil denique abstrusum occultumque in diuinarii rerum mysteriis continet: quod ex hoc libro probatissimorum virorum auctoritatibus corroboratum studiosus lector veluti fonte quadam exuberantissimo haurire nequeat. Non modicam denique praestant celebratissima toto orbe **V**incetij specula: huic nostro libro gratiae auctoritate: cum ex eadem officina: ab eodemque perdiuerint artifice. **V**elut enim omnia naturae secreta: omnia etiam que ad componendos hominum mores: gubernandaque rem publicam pertinet: et quicquid fauoris: mellis et dignitatis in historiarum recitatione doctrinaque situm est: in his speculis reluet: Ita in hoc libro gratiae que dei sunt et ad humanam salutem spectant lucidissime continentur. Distribuit autem iste liber in quattuor partes. In prima de eterna temporalibus nostri creatoris generatione: earum conditionibus: natura et causis agitur. In secunda de filij in diuinis miraculosa incarnatione: educatione cohabitacionis et consulationis modo. In tertia de gloria domini passione: de die passionis causis: effectu: utilitate: et alijs que circa passionem acciderant. In quarta de resurrectione ascensione et sanctissimus missione et iudiciorum cecitate et totius diuini mysterii completione determinatur. Preterea continentur in hoc volumine eiusdem **V**incentij dignissimi tractatus: Primus de gestis: moribus: vita: educatione et consulatione beatissime virginis Marie: ex sancto patre authenticis scripturis collectus: licet de predicta genitrice dei Maria multa legantur que censem apocrypha: in hoc tractatu nihil non confirmatur: probatissimum auctoritatibus inuenies. Pariter de sancto Iohanne evangelista tractatus continetur quod sacratissime virginis panymphus fuerat ex cura illius a Christo iam in cruce pendenti et morituro commissa. Item tractatus de regaliis puerorum eruditione: quod et in quibus libris potissimum christiani sint instituendi erudiendi et exercitandi. Item finaliter tractatus de specialibus gnatibusque consolationis precepis: et potissimum in aduersitatibus que in amicorum morte versantur.

Item in presente volumine continentur infra scripti libri editi a venerabili patre **V**incentio Beluace.

- Item liber gratiae
- Item liber laudum virginis gloriose
- Item liber de sancto Iohanne evangelista
- Item liber de eruditione puerorum regali
- Item liber consolatori de morte amici

LANDES-
KUNSTS
MUSEUM
WESSELBORN